

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Christianus a

Talem describit divus Augustinus De Vita Christiana et dicit:

“Ille vere
Christianus est qui omnibus misericordiam facit,
qui nulla omnino movetur iniuria,
qui alienum dolorem tamquam proprium sentit,
cuius mensam nullus pauper ignorat,
qui coram omnibus inglorius habetur,
ut coram Deo et angelis gloriatur,
qui terrena contempnit ut possit habere celestia,
qui oprimi pauperem se presente non patitur,
qui miseris subvenit,
qui ad fletum fletibus provocatur alienis.”

Quod bene faciebat Paulus dicens:
Quis infirmatur et ego non infirmor?

Lucula noctis, 15 (E. Hunt ed., p.127, ll.41-50).

Ille uere

Christianus est qui omnibus misericordiam facit,
qui nulla omnino mouetur iniuria,
qui alienum dolorem tamquam proprium sentit,
cuius mensam nullus pauper ignorat,
qui coram hominibus inglorius habetur
ut coram Deo et angelis gloriatur,
qui terrena contempnit ut possit habere celestia,
qui oprimi pauperem se presente non patitur,
qui miseris subuenit,
qui ad fletum fletibus prouocatur alienis

quod benefaciebat Paulus:
Quis infirmatur et ego non infirmor?

Augustinus libro de uita Christiana.

Manipulus florum, Christianus a

← →

← →

←

← →

← →

←

←

→

←

→

→

→

Christianus est, qui omnibus misericordiam facit,
qui omnino non movetur iniuria,
qui opprimi pauperem se praesente non patitur,
qui miseris subuenit,
qui indigentibus succurrit,
qui cum moerentibus moeret,
qui dolorem alterius quasi proprium sentit,
qui ad fletum fletibus provocatur alienis,
cujus omnium communis est domus,
cujus janua nemini clauditur,
cujus mensam pauper nullus ignorat,
cujus cibus cunctis offertur,
cujus bonum omnes norunt, et nemo sentit injuriam;
qui Deo die noctuque deservit,
qui ejus praecepta indesinenter meditatur et cogitat;
qui pauper mundo efficitur, ut Deo locuples fiat;
qui inter homines habetur inglorius, ut coram Deo et Angelis
gloriosus appareat;
qui in corde suo nihil videtur habere simulatum vel fictum,
cujus simplex et immaculata est anima,
cujus conscientia fidelis et pura est:
cujus tota in Deo mens,
cujus omnis spes in Christo est;
qui coelestia potius quam terrena desiderat,
qui humana spernit, ut possit habere divina.

Pseudo-Augustinus, *De uita Christiana*, 14 (PL 40, col.1045).

Quis infirmatur et non infirmor? (II Cor. 11:29)